



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

8. An etiam non potentibus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## Responfio.

**T**enetur: Ratio ex dictis in prima qua-  
stione huius capituli facile colligitur:  
dicitur enim omnibus absolutè & sine villa  
exceptione illud (*a*) Saluatoris: *Nisi quis n-  
atus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest  
intrare in regnum Dei.*

Dices: Quid si persecutio siue Turcarū,  
siue hæreticorum saeuat in Catholicos pe-  
ste infectos, tenebuntur etiam pastores pe-  
rictilo mortis se exponere, ut paruulos illo-  
rum martyrio expositos baptizent?

*R.*: Nos excipere casum martyrii pro  
Christo, quo iuxta communem sensum ec-  
clesiæ etiam paruuli sine alio baptismate  
saluari possunt.

## Q V Æ S T I O VIII.

*An etiam non pententibus?*

## Quæstionis explicatio.

**F**it nonnunquam, vt parentes peste in-  
fecti, non sint ita solliciti de baptismō  
infantium suorum, vel quod in lucem edi-  
ti sint, quin moriantur, propter humores  
pestiferos, quos in vtero materno sixerūt,  
vsq; adeo, vt à Medicis pro miraculo repu-  
tetur, si matre pestilentiali morbo pereun-  
te proles incolmis euadat, vel q̄ matres, vi-  
&

*a Ioan. 3.*

*Vide D. Aug.  
lib. 13. de ciu.  
cap. 7.*

& magnitudine morbi fere abortiūt, & fœtum inanimatum ante tempus edunt, vel si quando prodeat fœtus anima rationali animatus saluus & incoluimis, cū ex quo tempore superuiuat, pastor ita præsto esse non potest, ut baptismū temporī applicare possit; vel deniq; q; quorundam falsa opinione delusi sibi persuadēt in tali casu parvulos sine baptismo saluari per fidem, quā religioso quodā signo, puta crucis illi applicant: Horū occasione q̄ritur, an pastor tali casu excusat̄ur à ministratiōe baptismi, an vero etiā illis pueris ministrare teneatur.

*Responsio:*

Tenentur pastores ministrare baptismū pueris parturientium peste infectarum tanto sollicitius, quanto parētes negligenteres sunt in illo petendo. Siquidē pastor non solum tenetur ministrare sacramenta cum à suis rogatur, sed etiam illi incumbit puerire & aduigilare ne quis falsa persuasione, vel aliter sine baptismo decedat, ut ex dictis supériore capite manifestum est.

Dices: Quid si parentes nolint prolem baptizari, quia putant cum Caluino & aliis Nouatorib. non esse necessarium ad salutem.

R. Pastores teneri curare siue per se siue per superiorēs, ut hæretici proles suas bapti-

L zandas

**a** in c. si b<sup>a</sup>- zandas exhibeant, vel si possint, etiam ipsi  
ptizata, ver. illis (a) inuitis baptizent, siquidem cum illi  
Qui de ba- fint ecclesiæ iurisdictioni & coactioni sub-  
ptizato, de- iecti, possunt cogi pœnis corporalibus vel  
consecr. dist. aliis, ut proles stias baptizati eurent.  
**4. & Henric.** Q V A E S T I O I X .  
**Boic, in c. sic-**  
**ut Indai 2.** An & illis, de quorum vita dubitatur?  
**de Indais.** Quæstionis explicatio.

**C**ertum est apud oës puerū mortuum  
non posse baptizari, q̄ etiā parochia-  
**b** pag. 24. de le (b) Leodien. annotauit: sed cum puer ex  
baptis. §. Ca- peste infecta génitus fere semper vel mor-  
neat autem tuus sit, vel adeo láguidus, ut mérito dubi-  
sacerdos. tari possit suffocatus ne sit an viuus, non abs-  
te q̄ritur, an pastor quicumq; alius tenea-  
tur quātocius puertim talem baptizare, an  
vero ab illius baptismatione, vel simplices  
vel pro tempore excusetur?

*Responso.*

**T**enentur pastores quantocius huiusmo-  
di pueros baptizare sub intellecta vel  
expressa cōditione (si viuis, ego te baptizo)  
quia in casu artic. mortis, in quo verfamur,  
qñ res moram non patitur, & ex tempore se  
resoluere oportet, re pro ratione temporis  
examinata, si pastor deprehendat rationes  
probabiles, quæ ipsū mouent, ut putet infan-  
tem viuere, etiāli non desint, quæ suadeant  
eum mortuū esse, tenetur se inclinare pro  
bapt.